

Baltische Studien

Pommersche Jahrbücher für Landesgeschichte

Herausgegeben von der

GESELLSCHAFT FÜR POMMERSCHE GESCHICHTE
ALTERTUMSKUNDE UND KUNST e.V.

zugleich Mitteilungsorgan der

HISTORISCHEN KOMMISSION FÜR POMMERN

und der

ARBEITSGEMEINSCHAFT KIRCHENGESCHICHTE
DER POMMERSCHEN EVANGELISCHEN KIRCHE e.V.

Neue Folge · Band 82
Band 128 der Gesamtreihe

N. G. ELWERT VERLAG MARBURG

1996

Ergänzungen zum Pommerschen Urkundenbuch

von Joachim Zdrenka

Nach meinen Bemerkungen und Ergänzungen zum Pommerschen Urkundenbuch Band 10 und 11¹, gingen meine Untersuchungen der pommerschen Geschichte weiter. Während eines Aufenthaltes im Stettiner Staatsarchiv (Szczecin, Archiwum Państwowe; im folgenden abgekürzt: AP.) habe ich im Bestand »Rękopisy i Spuścizny« (»Handschriften und Nachlässe«) in einer Sammelmappe Nr. 1079 unter dem Titel »Nachträge zum Pommerschen Urkundenbuch 1332–1392« Ergänzungs- und Restmaterialien zum Pommerschen Urkundenbuch gefunden. Nach der dortigen Auskunft wurden diese Reste erst nach der Zeit gefunden, als der Hauptbestand für die Historische Kommission für Pommern gefilmt worden war. Die gesamten Vorlagen für dieses Urkundenbuch wurden durch die Stettiner Archivare vor 1945 gesammelt und in fünfzehn Sammelmappen aufbewahrt. Erstaunlich ist dabei, daß man trotz der geltenden archivischen Richtlinien und Vorschriften die Restmaterialien nicht in die übrigen Sammelmappen eingegliedert bzw. sie ihnen beigefügt hat. Das sollte jetzt sofort erfolgen. Dieser unbefriedigende Zustand hat nämlich dazu geführt, daß ein Forscher nur durch Zufall an sie gelangen kann, und aus diesem Grund sind sie bis heute unentdeckt geblieben. Die dort vorhandenen Stücke gehören vor allem zu den Bänden 10 und 11. Für Band 12 ist dort kaum etwas vorhanden. Die daraus entnommenen, beigefügten Ergänzungen haben als Vorlage die gefundenen Vorarbeiten. Die übrigen Ergänzungen gehen auf meine eigene Forschung zurück.

Die ältesten angeführten Urkunden betreffen die Zisterzienserklöster Eldena und Neuenkamp (PUB Nr. 2204a, 3188a, 3455a). Die zwei in extenso zitierten Urkunden stammen aus den Jahren 1336 und 1340 (PUB Nr. 5338a, 5888a). Vier Urkunden stellen ein Transsumt (PUB Nr. 5386a, 5434a, 5541a, 5704a) dar. Eine Urkunde betrifft das Benediktinernonnenkloster Verchen (PUB Nr. 5445a) und eine das Zisterzienserkloster Hiddensee (PUB Nr. 5541a) mit der Ankündigung, daß der Stadtrat von Stralsund sein neues Siegel an die Urkunde angehängt habe. Eine politische Bedeutung besitzen die Urkunden aus den Jahren 1338 (PUB Nr. 5653a, 5664a), 1339 (PUB Nr. 5747a) und 1342 (Nr. 6100a). Weitere Ergänzungen betreffen die Vorlage des Herausgebers (PUB Nr. 4503, 4504, 5041, 5519, 5854, 6045, 6087).

¹ Uwagi o dziesiątym tomie dyplomatarjusza zachodniopomorskiego (Bemerkungen zum zehnten Band des Pommerschen Urkundenbuches), in: *Studia Źródłoznawcze*, Bd. XXXI (1988), Druck: (1990), S. 61–66; ders., Uzupełnienia do XI tomu Pommersches Urkundenbuch (Ergänzungen zum elften Band des Pommerschen Urkundenbuches), in: *Zapiski Historyczne*, Bd. LVII:1992, H. 4, S. 91–96.

Ergänzungen

1305 Januar 20.

PUB 4 Nr. 2204a

Abt Arnold von Neuenkamp bestätigt dem Kloster Walkenried / Harz 7 Hufen Landes in Mackenrode (sw von Walkenried).

Regest: Die Urkunden des Stiftes Walkenried aus den Originalien des Herzogl. Braunsch. Archivs zu Wolfenbüttel und sonstigen Quellen für den historischen Verein für Niedersachsen zusammengestellt, Bd. 2, Hannover 1855, S. 288, Nr. 90.

A. 1305, die *Fabiani et Sebastiani*.

Arnoldus, abbas Campensis confirmat hospitali in Walkenrede 7 mansos in Mackenrode ad usus pauperum deputatos.

Abt Arnold von Neuenkamp verpfändet den Äbten von Walkenried/Harz und Amelungsborn (Krs.Holzminden) zur Sicherheit wegen eines von denselben erhaltenen Darlehens von 300 Mark Silbers verschiedene Dörfer in Pommern.

Abschrift: Hannover, Niedersächsische Landesbibliothek, Chartularium Walkenriedense, Fol. 128.

Druck: Die Urkunden des Stiftes Walkenried aus den Originalien des Herzogl. Braunsch. Archivs zu Wolfenbüttel und sonstigen Quellen für den historischen Verein für Niedersachsen zusammengestellt, Bd. 2, Hannover 1855, S. 114, Nr. 784.

Vorlage: Druck.

Nos frater Arnoldus, abbas Campensis, tenore presentium publice recognoscimus et testamur, quod cum dilecti domini de Walkenrede et de Amelungsborn, coabbates nostri, trecentas marcas puri argenti Hildensemensis ponderis et albedinis nobis et ecclesie nostre Campensi ex mutuo prestiterint in parato ipsisque in earundem trecentarum marcarum solutionem aliqua bona in Salvia¹ ad nostram ecclesiam pertinentia, quamvis per antecessorem nostrum, dominum Hermannum, exposita et nichilominus auctoritate nostra subsequente fuerint literatorie confirmata. Nos tamen in amplio certitudinem solutionis pecunie eiusdem prefatos coabbates nostros volentes reddere cautiores, de consensu nostri conventus villas nostras in Salvia sitas et ad ecclesiam nostram pertinentes, videlicet Wosterode², Schonevelde³, Berlin⁴, agros et villam dictam Glane⁵, nec non villam dictam Kywen⁶ cum omnibus suis redditibus pro dicta pecunia de novo eisdem coabbatibus nostris, prout dominus Hermannus, antecessor noster predictus, cum ipsis convenerat, obligando exponimus et eosdem presentibus in corporalem possessionem mittimus earundem, ita, ut ipsi seu eorum nuntii, seu sint monachi vel quasi ad hoc specialiter deputati seu etiam deputandi, omnes redditus ipsarum villarum de anno in annum recipiant, quousque domino de Walkenrede ducente marce predicti argenti et centum marce argenti eiusdem domino de Amelungesborn, coabbatibus nostris predictis, integraliter persolvantur. Ad quarum solutionem plenariam premissarum villarum omnes et singuli pensionarii nostri etiam volumus ut ipsi obligati teneantur. Cum autem eedem trecente marce ipsis fuerint perfecte et integraliter persolute, extunc predictae ville cum suis redditibus ad ecclesiam nostram Campensem libere revertentur. In cuius rei testimonium presentem dedimus literam sigilli nostri munimine roboratam. Testes etiam sunt dominus Johannes, abbas Bezzingerode⁷, Johannes Pullus et Gotfridus de Campo, Johannes de Nusia in Hersewithusen, Hermannus bursarius, Conradus de Northun in Walkenrede, Ermbertus camerarius in Bezzingerode sacerdotes et monachi et plures alii fide digni. Datum Amelungesborn anno Domini M^oCCC^o decimo octavo feria quinta post dominicam Jubilate Deo proxima.

¹ Es handelt sich hier um einen Besitz des Klosters Walkenried um den Salveibach (Salvia rivulus), einen Nebenfluß der Oder bei Garz a. d. Oder (vgl. PUB 1 Nr. 470; 2 Nr. 736 u. 737 sowie unten 6 Nr. 3455a).

² Wosterode, dort, untergegangen.

³ Schönfeld nw von Garz a. d. Oder.

⁴ Berlin, siehe Anm. 2.

⁵ Glien ? Dorf no von Greifenhagen (poln. Gryfino).

⁶ Kywen, siehe Anm. 2.

⁷ Betzingerode = Marienrode, Kloster bei Hildesheim.

Abt Gottfried von Neuenkamp verpfändet wegen eines vom Kloster Walkenried empfangenen Darlehens von 100 Mark Silbers seine sämtlichen Güter in Pommern.

Abschrift: Hannover, Niedersächsische Landesbibliothek, Chartularium Walkenriedense, Fol. 126.

Druck: Die Urkunden des Stiftes Walkenried aus den Originalien des Herzogl. Braunschw. Archivs zu Wolfenbüttel und sonstigen Quellen für den historischen Verein für Niedersachsen zusammengestellt, Bd. 2, Hannover 1855, S. 124, Nr. 795.

Vorlage: Druck.

Nos frater Gotfridus, abbas Campensis, totusque eiusdem monasterii conventus recognoscimus in his scriptis publice protestantes, nos teneri et obligatos esse venerabili et dilecto nobis in Christo domino Johanni eiusque conventui in Walkenriid in centum marcis puri argenti ponderis et albedinis opidi Northusensis ex mutuo, quod nomine dicti nostri monasterii Arnoldus et Hermannus predecessores nostri a domino Luudero, quondam abbate in Walkenriid, dinoscuntur recepisse. Igitur pro suprascripta pecunia omnia bona nostra in Slavia¹ (!) tam in villis, quam in molendinis, quam etiam in nemoribus, prout memorati nostri predecessores obligaverant, presentibus obligamus domino Johanni, coabbati nostro, eiusque conventui in Walkenriid prenotatis. In cuius rei testimonium presentes literas eisdem dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Walkenriid anno Domini M^oCCC^oXXI^o in crastino beati Matthie apostoli.

¹ Nach PUB 1 Nr. 470; 2 Nr. 736 u. 737 sowie oben 5 Nr. 3188a heißt der Ort Salvia, nicht Slavia.

13[2]9 August 14. Greifswald.

PUB 7 Nr. 4503

Otto von Rethen, Prior der Dominikaner, und Werner Hilgeman, Guardian der Franziskaner in Greifswald, transsumieren das Transsumt des Bischofs Johann von Schwerin von 1329 Mai 20 (PUB 7, S. 282–283, Nr. 4482).

Ausf.: mit falschem Jahresdatum 1339, wobei eine Erklärung dafür ausbleibt; siehe unten.
Regest: 17.Jh. Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 5 (Wolg. Archiv) Tit. 63 Nr. 281 Bl. 57^v mit falschem Jahresdatum 1339 (B).

Eadem per dominum Johannem episcopum transumpta et auctorisata domini abbatis concessio de novo de verbo ad verbum transumpta et vidimata per fratrem Ottonem de Rechem, priorem fratrum Ordinis Predicatorum in Grypeswald et fratrem Wernerum Hilgeman, gardianum fratrum Ordinis Minorum ibidem, appensis eorum sigillis, sub dato Gripeswald anno Domini 1339 in vigilia assumptionis Marie.

Nach Hermann Hoogeweg (Die Stifter und Klöster der Provinz Pommern, Bd. 1, Stettin 1924, S. 613, 619 u. 628) kommt Otto von Rethen als Prior der Greifswalder Dominikaner von 1329 bis 1338 und Werner Hilgeman als Guardian der Greifswalder Franziskaner von 1329 bis 1332 vor.

13[2]9 August 14. Greifswald.

PUB 7 Nr. 4504

Otto von Rethen, Prior der Dominikaner, und Werner Hilgeman, Guardian der Franziskaner in Greifswald, transsumieren die Urkunde des Ludolf von Bülow, Archidiakons von Tribsees, von 1329 Juli 16 (PUB 7, S. 292, Nr. 4496).

Ausf.: mit falschem Jahresdatum 1339, wobei eine Erklärung dafür ausbleibt; siehe oben.
Regest: 17.Jh. Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 5 (Wolg. Archiv) Tit. 63 Nr. 281 Bl. 57^v mit falschem Jahresdatum 1339 (B).

Idem consensus transsumptus et vidimatus per fratrem Ottonem de Rechem, priorem fratrum Ordinis Predicatorum in Gripeswald, et fratrem Wernerum Hilgheman, gardianum fratrum Ordinis Minorum ibidem, sub dato Gripeswald anno Domini 1339 in vigilia assumptionis Marie, appensis utriusque sigillis.

Als Vorlage diente dem Herausgeber eine Abschrift des 18. Jahrhunderts. Die Ausfertigung befindet sich jedoch in Herne Ostdeutsche Bücherei, Urk. mit großer farb. Initiale.

1336 Februar 2. Greifswald.

PUB 10 Nr. 5338a

Ludolf von Schlagsdorf verkauft Bertram von Wampen die Einkünfte von 5¹/₂ Hufen in Mesekenhagen (Kr. Grimmen).

Abschrift: 16. Jh. Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 5 (Wolg. Archiv) Tit. 32 Nr. 75 Bl. 41 (B).
Erwähnt: ebd. Rep. 40 Hs. V,9 Bl. 1.

In nomine Domini amen. Omnibus Christifidelibus presens scriptum cernentibus Ludekinus de Slawesdorp famulus veritatem noscere subscriptam et sectari iustitiam in omnium salvatore. Ut veritas rei geste infrascripte in posterum de facili notam oblivionis et erroris non incurrat, expedit ut ad eius perpetuam firmitatem scripture et testium memoria roboretur, quapropter recognosco tenore presentium et constare cupio presentibus et futuris, quod prehabito tractatu sufficienti et meorum affinium propinquorum requisito^a consensu et per omnia optento rationabiliter et legitime vendidi et dimisi necnon vendo et dimitto in his scriptis honesto viro Bertramo dicto de Wampen, commoranti in ipsa villa Wampen, suisque veris et legitimis heredibus redditus et minutam decimam quinque mansorum et dimidii mansi adiacentium tribus infrascriptis curiis suis in villa Mesekenhagen ac trium mansorum eorundem hereditatem et fundum nec non tres casas, dictas in vulgo koten, et ipsarum redditus sitas ibidem ita, quod dictus Bertrammus et sui heredes quatuor marcarum redditus monete currentis et minutam decimam de quolibet manso prenotato, quorum tres mansi, quos vendidi cum hereditate et fundo, adiacent curie, quam de nunc inhabitat Johannes Peghendorp, et unus cum dimidio adiacet curie, quam Hennekinus filius Ghisonis inhabitat, et mansus residuus adiacet curie, in qua Gerhardus filius Ghisonis commoratur, et de predictis tribus casis videlicet de una casa, quam exnunc inhabitat Lubbekinus, tres marcas denariorum et unum pullum annalem, de alia casa, in qua quidam nomine Clever moratur, duas marcas et duos pullos et de tertia casa, quam inhabitat Hasenrot, quadraginta^b pullos minus tribus pullis singulis annis in festo Martini tollere recipere debent et pacifice perpetuis temporibus possidere, prout iudem mansi et tres curie, quibus adiacent, et tres case predictae iacent in suis terminis nunc presentibus et antiquis cum omnibus suis pertinentiis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, cespitum foditionibus, lignis, rubetis, virgultis, agris cultis et incultis, viis et inviis, aquis et aquarum decursibus necnon cum omni iure et iudicio maiore et minore, summo ac ymo, in collum videlicet et in manum et quavis alia utilitate minoris iustitie iudicandi ac cum omnibus suis usufructibus, utilitatibus et libertatibus, sicut ad me et ad antecessores meos Johannem de Slawesdorp, quondam militem, meum patruum, Gherardum Snakenborg et suum filium Hermannum, famulos, prefati redditus, mansi et case cum omnibus suis pertinentiis memoratis dinoscebantur pertinere, nihil penitus in omnibus premissis mihi et meis heredibus iuris et utilitatis reservando. Quos eiam redditus et mansos pretactos cum omnibus suis pertinentiis prenarratis coram domicello Bugeheslao, divo domino feudi, libere resignavi ad manus dicti Bertrami heredumque suorum, quibus eis per dictum dominum feudi legitime collatis ipsosque in corporalem possessionem eorundem reddituum, mansorum^c, casarum, iurium^d et omnium libertatum et utilitatum, que et quas in ipsis

^a Vorlage: *requisito*.

^b Vorlage: *quadraginta*.

^c Im Text noch einmal danach *reddituum, mansorum*.

^d et omnium gestrichen, mit Verweiszeichen am Rand *iurium*.

redditis, mansis et casis et suis pertinentiis habui et dicti mei antecessores habuerunt, induxi et induco per presentes pro quadringentis marcis decem marcis minus supradicte monete mihi traditis, numeratis et totaliter persolutis ac in meos usus necessarios conversis ante confectionem presentium litterarum; verum quando de redditibus, mansis et curiis prenotatis exigi contingit servitium pro bonis meorum patruorum Bertoldi et Bernardi dictorum de Slawkesdorp et meis bonis, tamquam unum servitium est annexum et appendet, extunc dictus Bertrammus sui que heredes et prefati mei patrum ac ipsorum heredes et ego neque mei heredes insolidum secundum numerum mansorum nostrorum^e servire debemus et tenemur. Ceterum si successu temporis aliquis vel aliqui, cuiuscumque status et conditionis exstiterint, quocumque colore (!) assumpto prefatum Bertrammum et suos heredes in prescriptis redditibus, mansis, curiis, casis et suis attinentiis prenominatis impedire, inbrigare atque huiusmodi mei (!) venditionem impugnare presumpserit vel presumpserint in parte vel in toto ab illo seu ab illis, ego Ludekinus et nos Jerzlaus, filius ipsius Ludekini, Gherardus Schnakenborch et eius filius Hermannus, Gherardus de Gristowe, Bertoldus de Slawkesdorp, Bertholemeus de Goltstede et Henneke de Kalen, famuli, prefatum Bertrammum et suos heredes disbrigare et absolere debemus et tenemur sub nostris propriis laboribus et expensis. Quod ego Ludekinus et nos omnes iam dicti et quilibet nostrum insolidum nomine nostro et heredum nostrorum prefato Bertrammo et^f suis amicis domino magistro Hermannno de Wampen preposito in Lenin, Hinrico de Wampen, Hermannno Ghiseleri, Arnoldo Wulff, Gherardo Gultsewen, civibus in Gripeswald, et Hermannno de Nienkerken moranti in Wampen fide nostra eisdem corporaliter ore et manu prestita promisimus et eadem fide media promittimus in his scriptis. Volentes igitur, quod omnia premissa et singula superius conscripta ex parte ipsius Ludekini et suorum heredum inviolabiter observentur, renunciamus cum ipso Ludekino et ego Ludekinus cum ipsis renuncio in premissis exceptionibus doli mali, rei sic non geste, actioni^g et in factum et omnibus aliis auxiliis et aminiculis tam iuris canonici quam civilis, quibus presens scriptum vel aliquod in ipso contentum infringi poterit vel aliquid viciari, iuri^h eciam dicenti huiusmodi generalem renunciationem non valere. In quorum omnium evidens testimonium sigillum mei Ludekini et sigilla omnium nostrorum compromissorum predictorum presentibus sunt appensa. Cum autem hec fierent, hii testes astiterunt Hinricus Westfal, Hinricus Longus, Johannes Butsowe, Hermannus Hufnagel, Everhardusⁱ de Lesenitze consules in Gripeswald, Hartwicus Cronescamp, civis ibidem, et alii plures fide digni, ad hec vocati specialiter et rogati. Actum et datum Gripeswald anno Domini M^oCCC^oXXX^o sexto IIII^o nonas Februarii.

^e Am Rand mit Verweiszeichen.

^f Davor: *et suis heredibus, heredibus* gestrichen.

^g Auf Rasur.

^h Vorlage: *iuris*.

ⁱ Im Text: *Euhardus*.

1336 August 2. Stralsund.

PUB 10 Nr. 5386a

Abt Hermann von Hiddensee, Prior Dietrich der Dominikaner und Guardian Nikolaus der Franziskaner in Stralsund vidimiren die Urkunde Herzog Wartislaws IV. von Pommern von 1326 Juli 18.

Abschrift: 1575–1576 (von Notar Johannes Hervig beglaubigt) Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 5 (Wolg. Arch.) Tit. 72 Nr. 56 Bl. 36 (B). – Dsgl. eines Trans. Stralsunder Ratsherren von 1416 Mai 25, ebd. Bl. 37 (C).

— — — (voraus geht die Urkunde von 1326 Juli 18, gedr. PUB 7 S. 46 Nr. 4205) — — —. *Et nos frater Hermannus, ordinis Cisterciensis, abbas in Hiddenze, Thidericus, prior fratrum Predicatorum in*

Sundis, et frater Nikolaus, archidiaconus^a fratrum Minorum ibidem, supradictam literam prefati domini Wartizlai ducis bone memorie non rasam, non cancellatam^b nec in aliqua sui parte viciatam, sed cum vero suo sigillo appenso sigillatam vidimus et examinavimus, quod nostris sigillis presentibus protestamur. Datum in Sundis anno Domini M^oCCC^oXXXVI^o in crastino beati Petri ad vincula.

^a Vgl. PUB 7 S. 54 Nr. 5386: *gardianus*.

^b *cancellatam* (B).

1336 Dezember 16. Stettin.

PUB 10 Nr. 5434a

Herzog Otto I. von Pommern verkauft dem Priester Winand, den Brüdern Dietrich, Heinrich, Helmicus und Bartold von Rene für 150 Mark Stettiner Pfennige die Erträge von 6 Hufen in Kurow (poln. Kurów; 9 km sw von Stettin).

Abschrift: 1587 Szczecin AP. I/2150 (früher Stettin StA.), Rep. 4 (Stettiner Arch.) P. I Tit. 57 Nr. 15 Bl. 81 (B), durch den Notar Israel Kaykow beglaubigt.

Regest: 16. Jh. ebd., I/2146 (früher Stettin StA.), Rep. 4 (Stett. Arch.) P. I Tit. 57 Nr. 1 Vol. 6 Bl. 133. – 16. Jh. ebd., Rep. 5 (Wolg. Archiv) Tit. 60a Nr. 197 Bl. 140.

Druck: Joachim Zdrenka, Uwagi o dziesiątym tomie dyplomatariusza zachodniopomorskiego [Bemerkungen zum zehnten Band des Pommerschen Urkundenbuches], in: Studia Żródłoznawcze, Bd. XXXI:1988, Druck: 1990, S. 61–66.

1336.

PUB 10 Nr. 5445a

Heinrich Wolf und Heinrich Tuns verpflichten sich gegenüber dem Kloster Verchen.

Hs. Regest: 1572 Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 40 Ms. V,6 (Joachim Berckhaus) Bl. 160 (B).

Hinrici Wolfes morans in Thenekendorf¹, Hinrici Tuns in Cummerow² Verpflichtung, das sie vor das Kloster Verchen etligen burgern in Demmin 120 Mk. muntze. 1336. (so die Vorlage)

¹ sw von Demmin.

² sw von Demmin.

1337 Juni 19. Altdamm.

PUB 10 Nr. 5519

Eine zweite Abschrift von 1746 befindet sich in Szczecin AP. (früher Stettin StA.) Rep. 38f Loeper Nr. 156 (früher 215): Abschriften der Privilegiorum und Documentorum des Jungfern Klosters zu Bernstein, Bl. 7^r (C) mit Beschreibung des herzoglichen Siegels. Die Umschrift: S. OTTONIS DEI GRATIA DUCIS SLAVORUM ET CASSUBIAE AC DOMINI IN STETTIN.

1337 September 29.

PUB 10 Nr. 5541a

Der Rat von Stralsund transsumiert seine Urkunde für das Zisterzienserkloster Hiddensee von 1306 Juli 3.

Abschrift: 1. 1574–1575 Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 5 (Wolg. Archiv) Tit. 67 Nr. 16 Bl. 36 (B). – 2. 1574–1575 ebd. Tit. 67 Appendix Nr. 13 Bl. 19 (C). – 3. 17. Jh. ebd. Rep. 38f Loeper Nr. 64 Bl. 139 (D).

Nos consules civitatis Stralesund^a notum esse cupimus universis, quod nos anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo in festo beati Michaelis vidimus et coram nobis legi fecimus^b literas

^a *Stralessund* (C).

^b Vorlage: *legifecimus*.

nostras abbati et conventui sancti Nicolai in Hiddense olim datas tenorem infra scriptum de verbo ad verbum continentes: --- (es folgt die Urkunde von 1306 Juli 3, gedr. PUB 4 S. 238–239 Nr. 2305) --- Nos igitur pii patris domini Hermanni senioris abbatis prefati monasterii, qui se in ipsius monasterii negotiis singulis providum exhibuit et fidelem, humilibus precibus non immerito inclinati presentes literas innovari fecimus, et ut robur perpetue firmitatis obtineant, nostro novo sigillo iussimus sigillari. Datum anno et die quibus supra.

1338 August 13. Frankfurt/M.

PUB 10 Nr. 5653a

Kaiser Ludwig IV. erlaubt, daß Agnes, die Ehefrau Herzog Barnims III. von Pommern, ihre Bezüge aus dem Lande Groswin und dem Land Demmin lebenslang beziehen darf. Sollten nach ihrem Tode die Herzöge Otto I. und Barnim III. ohne männlichen Nachfolger sterben, sollen die Länder an den brandenburgischen Markgrafen Ludwig und seine Brüder übergehen.

Hs. Regest: 1538 Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 38f Ms. 1a Fol. 53 (Klempzen, Extract) Bl. 182 (B).

Ludwig romische keiser bewilget und vorgunt seinem schwager hertzog Barnim zu Stettin, das ehr seiner wirtin frau Agnesen ire heimsteuer und widerlegung auf das landt Grosswin unnd das landt zu Demmin vorweise unnd sie das die zeit ires lebens inne haben soll; wen aber sie vorstirbt, ist das dan Otte und Barnim hertzogenn zu Stettin todt syndt unnd nicht ehelich szun haben, so sollen die vorgeantant landt an seinen szun Ludwig unnd seine bruder, marggraven zu Brandenburg, fallen. Datum Franckfort, donnerstags nach Laurentii anno XIII^o und XXXVIII^o betzeichnet mit C 2.

1338 [August 13/16]. Frankfurt/M.

PUB 10 Nr. 5664a

Kaiser Ludwig IV. vermittelt eine Vereinbarung zwischen den Markgrafen Ludwig von Brandenburg und den Herzögen Otto I. und Barnim III. von Pommern, nach der alle Festungen, die seit der Zeit Markgraf Waldemars gebaut worden sind, zerstört werden sollen.

Hs. Regest: 1538 Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 38f Ms. 1a Fol. 53 (Klempzen, Extract) Bl. 184 (B).
Regest: Daniel Cramer, Kirchenchronicon, Alt-Stettin 1628, Buch 2, S. 63.

Ludwig romischer keiser hatt vertragen zwischen seinem shun marggraff Ludwig zu Brandenburg und seinen schwegeren Otten unnd Barnim hertzogen zu Stettin, das sie die vesten szo gebawwen sein in irer beider landt unnd herschafft seit marggraff Woldemers zeiten, beidenthalben brechen sollen. Datum Franckfordt anno XIII^o XXXVIII^o mit C 8.

1338.

PUB 10 Nr. 5704a

Herbord, Abt von Reinfeld vidimiert die Urkunde des Grafen Berthold von Henneberg von 1338 August 14 (PUB 10 S. 307–308 Nr. 5659).

Hs. Regest: 1538 Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 38f Ms. 1a Fol. 53 (Klempzen, Extract) Bl. 213 (B).

Herboldus, abt tom Reinfelde¹, vidimiret Berchtoldes, graven van Henneberg, brieff, dar inn he einen vulmechtich maket, die gulden bulle unnd andere keiserlike brieve tuschen marggrawen Ludwigen eins unnd hertoch Otten und Barnim, hertogen tho Stettin, andersdeils by de van Lubeck ock dat gelt erlegt wedderthoforderen anno 1338 mit C b 21.

¹ sw von Lübeck.

1339 Mai 20. Pyritz.

PUB 10 Nr. 5747a

Die Herzöge Otto I. und Barnim III. von Pommern versöhnen sich mit den von Wedel und belehnen sie aufs neue mit ihren Gütern.

Hs. Regest: 1538 Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 38f Ms. 1a Fol. 53 (Klempzen, Extract) Bl. 159^v (B).

Einn breff Ludeke, Henninck und Ladewich der vann Wedelen, dar inn gemeldet, dat hertoch Otte unnd hertoch Barnim tho Stettin Pameren se wedder tho gnaden nhamen und ehn ere buss Kremptzow¹, wes dartho gehoret unnd alle ere gudt, dat de hertogenn ehnn affgenunnen bedden unnd se wedder mit dem gude belegen, dat se vorhenn van eren gnaden tho lehne gehatt; konden ock ere gnaden de lehenware des buses Kremptzow van dem bischoppe unnd gadeshuse Cammin bringen, so scholen de van Wedelen den hertogen geholpenn syn wedder den bischop und dat gadesbuss etc. Dar vor borgen ock gesettet in dem breve benant, des datum 1339 iare dunredages im pinxsten tho Piritz, betekennt mit C 47.

¹ Kremzow, poln. Krępcewo 10 km so von Stargard a.d. Ihna.

1340 Mai 21. Lübeck.

PUB 10 Nr. 5854

Als Vorlage diente dem Herausgeber ein Vidimus Bischof Johanns von Ratzeburg von 1423 August 12. Die Ausfertigung befindet sich jedoch in Schleswig, Landesarchiv Schleswig-Holstein, Urk. Abt. 8, (unter Datum).

1340. Heilgeistkapelle bei Greifswald.

PUB 10 Nr. 5888a

Die Brüder Henning, Albert und Hennekin von Dotenberg verkaufen der Stadt Greifswald die beiden Dörfer Frätow und Lipetze bei Greifswald.

Abschrift: 16. Jh. Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 5 (Wolg. Archiv) Tit. 71 Nr. 12 Bl. 20 (B) vom Notar Nikolaus Markwerth beglaubigt.

Regest: 16. Jh. (ausführlicher lat. Auszug) ebd. Bl. 13^v (C).

In nomine Domini amen. Omnibus Christifidelibus^a presens scriptum cernentibus Henningus senior, Albertus et Heinekinus, fratres dicti Dotymbergh famuli, filii quondam Johannis Dotymbergh militis, sectari iusticiam in eterna salute. Ut rei geste infrascripte veritas lucide pateat, ipsiusque perpetua memoria posteris relinquatur, recognoscimus et tenore presentium constare volumus presentibus et futuris, quod nos matura deliberatione prehabita vocatis ad hoc omnibus nostris consanguineis et amicis, quorum interest vel interesse poterit in futurum, nomine nostro ac dilecte matris nostre domine Yde et omnium predictorum, quorum in hac parte plenam voluntatem habuimus et consensum expressum, rite et rationabiliter legitimo contractu dimisimus et vendidimus nec non dimittimus et vendimus in his scriptis honorabilibus viris Henrico Longo, Thiderico Scuppelenberch, Everhardo de Letzenitze, Johanni Butzowe, Henrico Levenhagen, Rotgero de Suderlandt, Woltoni (!) Mulard, Hermanno Hofnagel, Hermanno Bomichhusen, Henrico Stumpell, Henrico de Kyll, Jacobo de Barth, Hermanno de Essen, Henrico de Lubeke, Woltoni (!) de Kyll, Stephano Poltzin, Lamberto de Warendörp, Conrado Smichhusen (!), Wichhardo de Fredelandt, Henrico de Gutzekowe, Hermanno Giselieri, Johanni Dersekowe, Jacobo Hilgemson, Titerico de Tremonia, Henrico Bukowen et Henri-

^a Vorlage: *Christi fidelibus*.

co de Lubeke, filio Wolteri, consulibus in Grypeswold, et universitati ibidem duas villas scilicet Vretekowe¹ et Lipetze² perpetuis temporibus pacifice possidendas cum omnibus suis pertinentiis scilicet agris cultis, incultis, viis, inviiis, sylvis, lignis, nemoribus, rubetis, virgultis, pratis, pascuis, paludibus cespitum dictis törfmhor, aquis et aquarum piscationibus ac aliis, quocumque nomine censeantur, quorum aquarum termini se in longitudine extendunt a Starbrot³ usque ad amnem Kotz dictam Kotzerbeke⁴ et in latitudine se extendunt versus terram Rugie usque ad medium fluvii Strom⁵ vulgari- ter nuncupati. In quibus aquis Gerhardo Klusemanshagen, Lamberto de Lippen, Everhardo Wahlen predictis et infra ipsarum terminos nec non in aqua Gristowe⁶ et in stagno ville Letzenitze⁷ villani predictarum villarum videlicet Vretekowe cum una magna sarena et similiter Liepeze cum una sarena magna habebunt piscandi plenam et liberam potestatem. Villani et iam dictarum villarum et alii subditi pretacte civitatis Grypeswold, si qui infra terminos eorundem villarum mansionem elegerint in futurum, una cum nostris heredumque nostrorum et successorum subditis in hys villis videlicet Gristowe, Mesekehagen⁸, Khowall⁹, Kalekevitz¹⁰, Kalenberch¹¹, Düfelsbrock¹² et in insula Rimes¹³ habitantibus et cum aliis nostris et nostrorum heredum et successorum subditis, si quos successu temporis infra terminos dictarum quinque villarum et insule morari contigerit, perfrui prescriptis aquis et stagno infra ipsarum terminos prenarratos libere poterunt et debent cum retibus in piscaturis exercendis seu piscibus capiendis, prout et sepedicte due ville Vretekowe et Lipetze in suis iacent terminis et distinctionibus nunc presentibus et antiquis, cum omnibus suis libertatibus, utilitatibus, fructibus, usufructibus, censibus dicto in vulgo pacht, redditibus denariorum videlicet annone et pullo- rum, pensione aquarum, quam solum villani dictarum villarum et subditi prefate civitatis, qui infra terminos ipsarum villarum mansionem habuerint, piscantes in premissis aquis et stagno consulibus et communitati predictae civitatis dare tenentur et cum omnibus precariis maioribus et minoribus aliis- que obventionibus et emolumentis, quibuscumque nominibus censeantur, cum omni [iure ?] et iuris- dictione seu iure summo et imo, maiore et minore scilicet in collum et in manum et minoris iustitie utilitate presente et futura absque ullo servitio videlicet dextrarii seu equi vel onere quocumque nostris dominis ducibusque et Rugianorum principibus aut quibuscumque aliis in perpetuum faciendo, quem- admodum prenarratas villas Vretekowe et Lipetze cum omnibus suis terminis, pertinentiis et condi- tionibus prenarratis dictus noster pater Johannes et nos dinoscebamur libere possedis- se abdicantes spontanea voluntate nomine nostro ac prefate matris nostre a nobis nostrisque heredibus et in consu- les ac commune memorate civitatis Grypeswold transferentes, quicquid iuris, proprietatis, libertatis, domini- ii, utilitatis seu commoditatis in dictis villis et in eorum hereditate et possessione et in omnibus suis pertinentiis preexpressis nobis nomine dicti nostri patris Johannis nostri que heredum nostrorum nomine compete- bat, competit vel quomodolibet competere poterit in futurum. Quas villas prenomi- natas cum omni iure ipsarum et attinentiis suis prescriptis nomine ut supra coram illustri domino no- stro Bugislao, duce Stetinensi et principe Rugianorum, ad manus dictorum consulum et universitatis

¹ Frätow 9 km nördl. von Greifswald.

² Lipetze (Lipitze) – ehem. bei Frätow (PUB 10 Nr. 6070).

³ Stahlbrode 15 km so von Stralsund.

⁴ Bach Kotz genannt Kotzerbeke – ehem. bei Frätow.

⁵ Fluß Strom – ehem. bei Frätow.

⁶ Gristow 9 km nnw von Greifswald.

⁷ Letzenitz – ehem. im Kirchspiel Gristow = Lips, in der Gemarkung Frätow (PUB 10 Nr. 6190, S. 283, 286).

⁸ Mesekehagen 8 km nw von Greifswald.

⁹ Kowall 7 km nnw von Greifswald.

¹⁰ Kalkvitz 10 km nnw von Greifswald.

¹¹ Kalenberg – ehem. auf Gristower oder Kowaller Flur (PUB 10 Nr. 6190, S. 284)

¹² Düfelsbrock = Broock 11 km nnw von Greifswald.

¹³ Insel Rimes nw von Greifswald.

libere resignavimus et resignamus per presentes ipsosque Rotgerum de Suderland et Lambertum Wahrendörp, consules nomine consulum ac universitatis prefate civitatis Grypeswold in corporalem possessionem dictarum villarum cum omnibus suis redditibus, proventibus ac attinentiis superius memoratis induximus et inducimus per presentes. Actum et datum in capella domus Sancti Spiritus prope civitatem Grypeswold anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo.

1342 Juli 7. Gartz.

PUB 11 Nr. 6045

Eine weitere Abschrift des 18. Jhs. befindet sich in Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 40 I 47 Nr. 16 (Steinbrück, Diplomatarium illustris familie de Wussow) Bl. 31.

Regest: 16 Jh. ebd., I/2146 (früher Stettin StA.), Rep. 4 (Stett. Archiv) P.I Tit. 57 Nr. 1 Vol. 6 Bl. 182. – ebd., Rep. 5 (Wolg. Archiv) Tit. 60a Nr. 197 Bl. 141.

1342 Dezember 23. Stettin.

PUB 11 Nr. 6087

Herzog Otto I. von Pommern verleiht den Brüdern von Wobbermin das Gut Karow, wie es ihr Vater Heinrich Wobbermin besessen hat, mit Ausnahme von 8 Hufen, die er Dietrich von Rein, Bürger in Stettin überträgt.

Regest: 18. Jh. Szczecin AP. (früher Stettin StA.), Rep. 38f Loeper Nr. 3/4 (Dreger, Appendix novae registraturae originalium archivi Pomeranici) Bl. 119 (B) mit falschem Jahresdatum 1340! Dazu siehe noch den Aufsatz von Jan M. Piskorski².

Hertzog Otto I conferiret den Gebrüdern von Wobermyn das Guth Karow¹ im Lande Stettin belegen, wie es ihnen von ihrem Vatter Heinrich Wobermyn, Bürgern zu Greiffenhagen, abgetreten, außer 8 Hufen, welche er Diederichen von Rein, Bürgern in Stettin verlehnet. Datum anno 1340.

¹ Karow, poln. Karwowo; 10 km sw von Stettin.

² Jan M. Piskorski, Blyskotliwa kariera rodziny Wobberminów. Z dziejów patrycjatu gryfińskiego i szczecińskiego w XIV–XVI wieku, in: Przegląd Historyczny LXXVI (1985) H. 3, S. 439–456, hier S. 446. Dsgl. in deutscher Fassung: Die steile Karriere der Familie von Wobbermin. Ein Beitrag zur Geschichte des Greifenhagener und Stettiner Patriziats im 14.–16. Jahrhundert, in: Acta Poloniae Historica 58 (1988), S. 5–31, hier S. 18.

1342.

PUB 11 Nr. 6100a

Bischof Friedrich von Kammin bestätigt die Übertragung des Patronats über die Kirche zu Dramburg an das Nonnenkloster zu Reetz durch Markgraf Ludwig von Brandenburg von 1341 Januar 29 (Ub. Bd. 11 S. 9 Nr. 5903).

Hs. Regest: 18. Jh. Wrocław, Biblioteka Uniwersytecka (früher Breslau Universitätsbibl.), Ms. Steinwehr I Fol. 36 Bl. 10^v (B).

Regest: P. v. Nießen, Regesten zur Geschichte des Cisterzienser-Nonnenklosters Reetz, Schriften des Vereins für Geschichte der Neumark, 11: 1901, S. 37–51.

Anno 1341 hat Ludovicus, Marggraff zu Brandenburg und Lausitz, Pfaltzgraff beyrn Rhein und Hertzog in Sagan, des heiligen Römischen Reichs Ertzkammerer, dem Jungfer Kloster zu Reetz ius patronatus der Kirchen zu Dramburg mit allen ibren Einkommen und Gerechtigkeiten übergeben, und solches ist anno 1342 durch Fridericum, Bischoffen zu Cammin, confirmiret worden.